



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.

Libri de Baptismo Græci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

A **Q. SEPTIMII FLORENTIS**
TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, LIBRI DE SPECTACVLIS GRÆCI, CITATIO,
 ex libro de Corona Militis, cap. 6.

Sic itaq; & circa voluptates **SPECTACVLO-**
RVM infamata conditio est, ab eis, qui natura
 quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus **Spe-**
ctacula instruuntur, scientia autem deficiunt.
 Sed & huic materiæ, propter suauiludios nostros,
 Græco quoque stylo latifecimus.

*Amplissime eandem materiam tractatam habet supra Tom. 2.
 non modo ab ipso Auctore libro Latine conscripto de Spectaculis, sed
 & in Adnotationibus nostris, & vero loqui hic Auctorem de dicto
 libro de Spectac. non de libro de Corona militis, etiam ante me Rha-
 nanus adnotauit.*

TERTULLI
 OPERA.

B **Q. SEPTIMII FLORENTIS**
TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, LIBRI DE VIRGINIBVS VE-
landis Græci, Notulæ, ex eiusdem tituli
 libro cap. 1.

PROPRIVM iam negotium passus meæ opi-
 nionis, Latine quoq; ostendam, virgines no-
 stras velari oportere, ex quo transitum ætatis
 suæ fecerint; hoc exigere veritatem, cui nemo
 præscribere potest.

*Ex eo quod dicit Auctor, Latine quoque, restat iudicio cel-
 ligi Rhebanus, antea Græce scriptum fuisse librum eiusdem tituli,
 de Virginibus velandis, de qua materiam Auctor, tam nos la-
 tissime supra Tom. 2. in Adnotat. nostris.*

C **Q. SEPTIMII FLORENTIS**
TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, DE BAPTISMO LIBRI MENTIO, EX
 eiusdem tituli libro cap. 15.

ED circa hæreticos sane quid custodien-
 dum sit, digne quis tractet. Ad nos enim
 aditum est. Hæretici autem nullum habent
 confortium nostræ disciplinæ, quos
 extraneos vtiq; restatur ipsa ademptio
 communicationis. Non debet in illis cognoscere quod
 mihi præceptum est, quia non idem Deus est nobis &
 illis, nec vnus Christus, id est, idem. Idemque nec bap-
 tismus vnus, quia non idem. Quem quum rite non ha-
 beant, sine dubio non habent; nec capit numerari quod
 non habetur; ita nec possunt accipere, quia non ha-
 bent. Sed de isto plenius iam nobis in **GRÆCO** dige-
 stum est.

*non passimus idipsum sensisse quod B. Cyrilianus, & sermo præterea
 suppressum possit quis dicere hunc libellum, quam per Sicilianum
 Concilium retractata est ea Africanorum quorundam Episcoporum
 sententia, quemadmodum in Vita B. Cyriliani, Episcopi Argemontis
 Concilii Carthaginensis de baptizandis hæreticis, latius de-
 scribitur. Nec vero mirandum, si illud paradoxon amplius sit Ter-
 tullianus, quum eodem fere tempore celebratum fuisse videtur
 Concilium illud sub Agrippino Episcopo Carthaginensi, cuius me-
 morat B. Cyr. Epist. 71. ad Quirinum, quod ipsum quosque Cyre-
 nænos Episcopos Africanos in eam pertraxit opinionem. Hoc enim
 satis indicare videtur ille Epistol. 70. ad Ianuar. quum dicitur
 sententiam illam iam pridem ab Antecessoribus statutam, & apertum
 Epist. 73. ad Lubatianum, multos dicens annos intercessisse, ex quo sub
 Agrippino Episcopi plurimi hoc statuerunt. Atqui inter tempus,
 quo Tertullianus ante omnem hæresim librum de Baptismo conscrip-
 sit, & Africanum primum de hæreticorum baptismo, Concilium
 Episcoporum 72. quod celebratum fuit anno Domini 255 annis
 retrocessisse cetero 50. latius in Vita Auctoris nostra comprobatur.
 Porro ad argumenta pro dicto Paradoxo ab auctore hic adlegata,
 respondentem videre erit in nostris Prolegomenis.*

*His verbis etiam materis præcipua commemoratur libri Græci
 de Baptismo. Quandoquidem vero in dictum librum de Baptismo
 Adnotat. nostris num. 106. nos hic tractaturos polliciti sumus, que
 sit Tertulliani sententia de Hæreticorum baptismo, certe negare*